



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

De vana diuitum spe. cap. 18.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

batum, & apericimus frumentum, ut minuamus mensuram, & augeamus sicutum, & supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos. & pauperes pro calciamentis & quisquiliis frumenti vendamus. Ac ne frustra talia obiecisse videatur, iurat quod lugebunt, & dolore supplicij persoluent. quod cum delectatione lucri perpetrarunt.

## De vana diuinitum spe.

## Cap. XVIII.

Giezi.  
Judas.

Lucr. 12

Psal. 51.

4. Tim. 6

**N**emo igitur diu se fruitur in male partis rebus confidat, sed quo plura inique congerit, eo miserabilior em finem expectet. Timeat pœnam Giezi, timeat exitum Iudæ, alter mendacio munus extorxit, & reuersus est leprosus, alter iustum vendidit per argento, & laqueo vitam finiuit. Ille quod quem purpureo regebat, quem quotidiana saginabant cœuiua, in inferno sepultus, in flammis ardens totus, frustra gutta aquæ petiit, quod lingua tamen refrigeraret. Diues ille alter, qui frugum hubertate lætatus dilatare cogitabat horrea, & in annos multos opulenter viuere, statim audiuit. Stulte, hac nocte aiam tuam repetet a te, quod autem parasti cuius erunt! Sic est, inquit, quod sibi thesaurizat, & non est in deum diues. De isto in psalmis est. Videbunt iusti & timebunt. & super eum ridebunt, & dicent. Ecce homo quod non posuit deum adiutori suū, sed sperauit in multitudine diuinitate sua, & proualuit in vanitate sua. Ideo Apostolus ad Timotheum Diuinitibus, inquit, huius seculi principi, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuinitate, sed in deo viuo, quod perstat nobis omnia abunde ad fruendū, bene agere, diuites fieri in bonis opibus, facile tribuere, communica re, thesaurizare sibi fundamentum bonū in futurū. Qui vult ergo in deum diues esse, non sibi thesaurizet, sed in opere alio. In deum diues est, qui charitatis opibus abundant, non quod rebus opulentus incedit. Esurientes & siti entes iustitiā, dominus implet bonis, diuites autem auaros dimittit inanēs. Quid propter sunt auaro diuinitas, si custos illarum

est non dñs? Quid deniqpfunt diuitiae stulto, cum sapientiam emere non possit? Multae opes nunquam aut raro admodum queunt cuiquam nisi scelere constare. Nā qui iuste acquirit & moderate expendit, nec diues erit nec pauper. Qui autem ingētes quæstus faciunt, supra quæ modum locupletantur, & iniqui & auari sint necessarie est. Quod si tā multa ab aliquo alio sibi relicta possident, hæredes iniqui sunt, & si his male vtuntur, ipsi etiam mali sunt. Ex quo colligitur multum diuitem bonum esse non posse. Quæ igitur amentia est, illa concupiscere, quæ non nisi cum virtutum detimento queant acquiri? Melius est parum cū timore domini, quam thesauri magni & insatiabiles. Hæc qdem sententia sapientissimi Salomonis est, cuius & illa ad deum suppliatio, Nec diuitias, nec paupertates dederis mihi, sed tā tum vietui meo tribue necessaria. Quod autem reges omnium semper opulentissimi sunt, hoc ideo fit, quia regum opes non tam suæ quam populi sunt. Eorū quippe impensis plebes tute degunt, ab hostium iniuria proteguntur, in rerum vitæ necessiarum copia cōseruantur. Quemadmodum autem communi vtilitati exposita esse debet principis opulentia, ita & priuatorum diuitiae adiumento sint egestati alienæ. Alioquin & ipsi diuites egebunt ac miseri erunt. Quid enim illo miseri us, qui inops virtutis est? qui cum diues sit, meritis caret liberalitatis, quæ beatos efficiunt, et auaritiae vel luxuriaz grauatur vitis, quæ mergunt in profundum. Taliū infelicitatem dolēter ingemiscit in euangelio dominus, dicens, Y&e vobis diuites qui habetis consolacionem vestram. Consolantur enim, quoties quæstum faciunt, vel cum quæstis ad voluptatem abutuntur. Hos etiam Iacobus apostolus lugubri voce aggreditur, & ait, Agite nunc diuites, plorate v lulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis: diuitiae vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt, aurum & argentum vestrum eruginavit & erugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizatis vobis iram in no-

Prouer. 15.

Prouer. 30  
Rex.

Lucæ. 6.

Iacobi. 5.

piissimis diebus: ecce merces operariorū, qui messuerūt regiōes vestrās, quæ fraudata est a vobis, clamat, & clāmor eorum in aures domini sabbaoth introiuit. Epula tī estis super terram, & in luxurijs enutristis corda ve stra, in die occisionis adduxistis & occidistis iustum, & non restitit vobis. Talia considerans vas electionis Paulus, Radix (inquit) omnium malorum est cupiditas. Ad damus his & alia, si forte diuinæ sapientiæ veritate sæ pius pulsati resipiscant, In psalmo dicitur. Diuites egue runt & esurierunt, inquirentes autem dominum nō mi nuentur omni bono. In Ecclesiaste Salomon ait. Avarus non impletur pecunia, & qui amat diuitias, fructū non capiet ex eis. Leuius ac tolerabilius esset, fructum non capere, nisi sequeretur suppliciū, dicente Ezechiele pro pheta. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini. In Apocalypsi ange lo Laodiciæ ecclesiæ dicitur. Dicis, diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis. qā tu es miser & mi serabilis, & pauper & cæcus & nudus. Quis enim finis luxuriæ diuitium, nisi quem eodem libro scriptum legimus? Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tantū dare illi tormentum & luctum. Quanto melius cum isto actum fuisset, nescisse diuitias, inopem mendicumq; vi xisse, & in miseriis potius quam in deliciis duxisse æta tem: sed quo diutius in deliciis impune vixit, eo infeli cius cecidit. Beatum se putabat, quod sibi prospere suc cederent omnia, ideoq; licentius peccabat, ideoq; tenuit eum supbia, opertus est iniurate & impietate sua, prodit quasi ex adipe iniquitas eius, transiit in affectum cordis sui, nunc in tormentis positus audit. Memento quia recepisti bona in vita tua, pauperes autem quorū non es misertus, patiebantur mala, tu nunc cruciaris, il li consolantur. Cumq; hoc ita sit, eo tamen processit ista auri sacra famēs, vt quæ natura saluti hominis con sulens terra occultauerat, ea fossionibus in profundum actis eruere cœperunt, montes cuniculis subruuntur, & homo cælum suspicere genitus, vltro se in ima telluris immergit, nec supra se pendentem metuit molem, nec

Psal. 33.  
Eccl. 5.

Ezec. 7.  
Apoc. 3.

Apo. 18.

Avaritia

Post se relicum solem quicquam estimat, per menses plurimos perpetuam nocte sustinet, ut argentum aurum que in suam ipse pernicitem proferat. si modo quod multis contigit, non ante fuerit oppressus ruina, secundum reperi te cum opibus quas collegerat, sepeliat. Fruimenta, vīnum, oleum, linum, lanam, ceteraque vitae nostrae necessaria in aperta nobis fruenda obtulerat deus, cetera tamquam nocitura latere volebat. Ideo autem & ista creuit, ut sicut eorum qui oblati contenti sunt nota est modestia, ita illorum qui etiam occultata scrutantur, manifesta esset cupiditas, & qui ex parte sui sunt, etiam a nobis dinoscerentur.

### Quod avaritia multorum causa sit malorum Cap. XIX.

**Q**uam autem multorum malorum causa sit immodica cupiditas quis explicet hominem aduersus hominem ire compulit, hinc infidiae, hinc latrocinia, hinc bella mutuaeque cedes, dum nostro non contenti aliena concupiscimus: hinc inter coniunctissimos lites, inter amicissimos dissidia, & citius adeo haereditatis gratia ipsorum parentum desideratae mortes. Laban Iacob nepotem suum osculatus hospitio suscepit, generum suum fecerat, & ille iam bis septem annos ei seruerat. Fatebatur Laban quod propter ipsum a domino sibi auctae opes fuissent. At vero postquam vidit re pecuaria in primis diratum, inuidere ei coepit, quem tantopere dilexerat, & discedentem persecutus est manum innocentis intecisset, amicitiae propinquitatis officiorumque oblitus, nisi somno deterritus propositum inhibuitset. At morem ergo quem paupertas conciliauerat, opulentia distraxit. Tabremo quoque Syriæ rex (ut in libro Regum legitur) ex amico inimicus factus Basile 3. Reg. 15: Israelitarum regi ab Asa rege Iudeæ pecunia corruptus. 2. Par. 21 loram vero ne fratribus quidem pepercit, ut eorum bona usurparer, vita ipsos priuauit. Iudas etiam (ut vete Schariotis tribus noua copulemus) a domino ascitus apostolus, facultate operandi facultate ab eodem donatus, sacrae co-

Laban  
Gen. 31:5